



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Grauißimm peccatum committitur in libelli famosi emiſſione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## Literas alien. aper. 393

ad sui obseruantiam. Ad secundum modum spectat omnes gabellæ iniquæ ex forma : vt videntur omnes gabellæ de iis quæ deferuntur pro proprio vsu, quæ etiã ex ciuili iure sunt prohibitæ. Ad quartum autem omnes iniquæ ex non durante amplius sine: vt si gabella fuit posita ad faciendum muros ciuitatis. perfectis muris iniusta est, si perseverat exactio.

### *Grauisimum peccatum committitur in libelli famosi emissione.*

**L**ibellus famosus ( quo quis proximum infamat exponendo iniuriosam alicui schedulam vt inueniatur, legatur &c. ) ad detractionis crimen spectat, si authoris nomen occultatur. Si verò seipsum nominat, ad contumeliæ nequitiam pertinet, & propterea semper est scelus magnum.

### *Aperiens literas alienas, inuito Domino, peccat.*

**L**iteras alienas sigillatas aperire inuito domino peccatum est iniustitiæ & curiositatis. Interuenit siquidem in hoc opere iniustitia, quoniam sic iniuria custodienti literas sub sigillo ideo enim apponitur sigillum, vt custodiat scriptura interior per sigillum: Et quia custodiat duobus, scilicet mittenti, & ad quem mittitur (mittens siquidem, custodiam sigilli apposuit, vt sic custodia litera perueniat ad eum ad quem mittit) ideo appellatione domini in proposito venit vterque. Et propterea nisi alter eorum consentiat, aperitur sigillum, inuito domino. Et vtrique fit iniuria: quia ius aperiendi quod vtrique solè conuenit, nõ solum vsurpatur sed tollitur: non enim restat quod aperiatur postquam apertum est. Curiositas quoque inuenitur in hoc actu: quia ad hoc aperiuntur literæ vt legantur, vt sciat legens id quod

sciat